



17669

I

P

istans

*Gelanii Daphnali (Smierakowic Laurstii) a
nagwoommata.*

PANEG. et VITAE

Polon.

N^o 480

Biblioteka Jagiellońska



stdr0002027

OS + SC

VIRTVTI

A C

MERITIS

CIVIS OPTIMI

E T

INCOMPARABI-

LIS

D. D. D.

(1621)

19.

AIRATI

MERITIS

CIVITATIS



176695

INGOMPARABIL

TISS

D D D

S T A N I S L A V S
L V B O M I R I V S.

Anagramma.

L A V S M A R T I S N O B I L I S V s v .

Turcica dux fælix belli L V B O M I R I V S arma
Fortiterà Patrio reppulit antè solo.

Inde furor populis : raptâ mox vidimus irâ
Victa in Cesareum bella redire caput.

Hæc tibi de tantis debetur gloria rebus,
O L V B O M I R I A C E gloria prima domus.

Restituit attonitus lati terroribus orbis,
In Turcam Lechicis hoc licuisse viris.

Mox crebro M A R T I S L A V S bellica N O B I L I S V s v
Te semper Patriæ, laude recente probat.

Nam quoties regnum Scythicis es cladibus vltus
Omnis vindictam sapius annus habet.

Nunc captiua inter quoq; venit nomina Princeps,
Et simul è cæsa Nobile gente caput.

Turca, Scythaq; caput pariter te vindice perdunt ;
Perge : breui tolles sic caput omne mali.

S T A N I S L A V S
L V B O M I R S C I V S.

Anagramma.

S O L M A R T I V S L V N A S S V B I C I S.

Quanta sub immensi spatia indignantia celi
Extendit sauras L V N A O T H O M A N N A faces:
Tanta stetit Lechicis expandens cornua campis
Raptura horrendis Regna Polona minis.
Nil actum est, totis ceciderunt cornua campis,
Et pariter factæ procubuere minæ.
Nec mirum: in S O L E M L V N A incidit; oxyus illuc
Languit & totâ mole deinde ruit.
Agnoſcīnē tuum decus o L V B O M I R S C I A virtus?
Tu sol illæ tua M A R T I V S es patriæ.
Qui domitas per bella suo cum Cesare L V N A S.
Inuictâ S V B I C I S Dux generose manu:
Et post acceptas leges & fedaſ cogis
Submisſis victas fascibus ire faces.
Ergo agnosce tuum decus o L V B O M I R S C I A virtus,
Dignum pro Patriâ sapè redire decus.
Iamq^{ue} redit Scythico latè comitante triumpho,
Annè & ibi L V N A E cornua fracta iacent?
Sic est: & crebro si L V N A E ita cornua frangas
Terris nulla super L V N A O T H O M A N N A feret.
Aliud.

Aliud.

S V B I T O S A L V S I N A R M I S L V C E S.

SEu genti fera bella mouet Turca ipse Polona,
Sive mouet Scythicas in sua bella plagas.

Tu S V B I T O matura S A L V S , tu fulmen I N A R M I S ,
Tu prompta L V C E S duxor & vltor ope.

Sic nuper Turcam terris iuga dira ferentem,
Accepta cogis clade referre pedem.

Nuncq; nouis semper Scythica de gente trophais,
Exornas Patriæ fata decusq; tuum.

Quod si fortè alibi L V B O M I R S C I Patria nubes,
Aut fracto tenebras lumine fortè subit :
Depulsis certè tenebris & nube malorum ,
L V C E T te duce, te L V C E serena alibi.

Authoris

Anagramma.

Gorgias re robustus.
Gorgias Bonastus.

STANISLAVS LVBOMIRSCIVS.

Anagramma I.

I TRVX LVNA SOLI SVBMISSA.

PErge age magnanimis ausis extendere famam
OLVBOMIRIADVM Lechiadumq^{ue} decus.
Te duce terrifici tremuerunt signa Tyranni,
Capit & ecclipsim Turcica luna pati.
Quiq^{ue} solet rabidas dare leges Regibus, iste
Esse scit accepta conditione minor.
Quid quod & in Scythicis gregibus quos Luna tuerur,
Monstras hanc noctem non tolerare diem?
I TRVX LVNA nouo SOLI SVBMISSA remitte
De fastu, & mutilas cernua nosce faces.

Anagramma II.

R VIT BASILISCVS OSMANLVS.

CVm BASILISCVS atrox OSMANVLVS aduocat omnes
Vires, ut virus spargat in ora Lechi.

Cumq^{ue}

Cumque furens animi, toto cum Oriente laborat
Nomen ut extinguat clare Polone tuum.
Iamque orbis crepidans dubijs euentibus adstat,
Nostro commoriens anxius exitio.
Ecce salutifero virtus LVBOMIRSCIA fato,
Rebus tam fessis obtulit antidotum.
Quiuè minabatur clades dirasque ruinas,
Hoc duce monstrosis casibus ipse R V I T.

Anagramma III.

SATVS OMNIBVS, CARVS ILLIS.

D Elicias volupeque hominum te iure vocabo,
OLV BOMIRIACÆ splendida fama domus.
Sol veluti radios partes iaculatur in omnes,
Omnes attingit sic tua larga manus.
Ceu Aquila, ut satur a est, prædam partitur in omnem
Gentem avium; quos non tu quoque pane repleas?
Deme hoc Principibus, genti succurrere fessa,
Quid nisi turba minor, quid nisi vulgus erunt?
Te pariter cuncti patrem una voce salutant,
Et nemo est qui te non reuerenter amet.
Nota tua est cunctos mens Principe digna iuuandi,
Quique diem perdis, ni tibi largus abit.
Sic præsis ut pro sis, atque ordine Stemmata longo
Dum numeras, multos inde iuuare studes.

Sic pro

Sic pro te metuunt nihil à te, cum quibus unam
Buccellam panis diuiduam ipse facis.
Nuper & ad Cocimum propriam cum milite quois
Diuidis escam, dux nomine mente parens.
Dij te fortunent carum decus, & tibi multa
Propitij tribuant tam bene propitio.
Ergo viue vigeq; diu S A T V S OMNIBVS, ILLIS
C A R V S, & hoc titulo proximus esto Deo.

Anagramma IV.

S A N A S O L V S, C R V S M I L I T I B V S.

Heu periit nostra fama inclyta militia,
S A N A S O L V S C R V S debile M I L I T I B V S.

Fecit

Daphnaeus Gelanius.
Lament-Smiglowij.

FINIS.

FFF. 1. 5.



